



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

VI. De Regularium Prælatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

732 *Moralis Theologiæ Tract. VI. Status,*

86. *Quid de ingressu intra Monialium claustra?* Sub excommunicatione prohibitus est, præterquam si ob causam necessitatis licentia ab Ordinario in scriptis obtenta sit. Excipendi pueri ante rationis usum.

87. *Potest ne ingredi Episcopus?* Potest ob iustum causam cum sociis. Item Sacerdos ad communicandum, Medicus, Chirurgus, fabri ferrarij, & lignarij ad necessaria, aliqui necessarij aut aquæ asportatores, aut horti ministri. Admonerim consuetudines de clausura Monialium, & prohibiciones ingressus intra septa Monasterij non ubique quoad omnem modum esse receptas.

88. *De ingressu mulierum intra claustra Regulorum virorum quid?* Non ita constat sub mortali, & excommunicatio ne prohibitum esse. Nam in penalibus nomine masculino non comprehenditur foeminum. Porro constitutionem Pij V. quoad prohibitionem hanc, non ubique receptam al sero cum Laymano.

89. *Sunt ne certi casus, quibus mulieres seculares ad regulorum virorum habitationem sine scandalo, & peccato admittuntur?* Ita quidem. 1. Reginæ cum comitatu. 2. Fundatrices Monasterij. 3. Aliæ foeminae illustres cum comitatu. 4. In sepulchra Ecclesiastica simul mulieres comitantes admittuntur. 5. Si Religiosi in residentia vivunt, Monasterio nondum constituto. 6. Honestæ mulieres, secluso scandalo, ad aulam Abbatis semotam à claustro possunt admitti.

C A P V T VI.

De Regulorum Prelatis.

90. *Quidnam possunt Abbates ex Pontificum priuilegio ali que Prelati Regulares?* Abbates quidem possunt calices, campanas, altaria, vestimenta consecrare ac benedicere, non tantum ad suarum Ecclesiarum usum, sed etiam alienarum. Priuilegium autem quorundam Abbatum minores Ordines conferendi non esse reuocatum per Tridentinum Sanchez affirmat. Possunt item Clericis secularibus sibi subditis litteras dimissorias concedere. Prelati autem reliqui possunt commutare, & dispensare vota Nouitiorum: suos subditos à casibus Bullæ Cœnæ absoluere secundum suarum, inò & male ad Ordines sive ante legitimam ætatem, sive per saltum promotos. Possunt item dispensare votum subdit

de tra
sunt b
Possit
vetari
menti
91.
eliger
nus te
fastic
Regin
alium
92.
Super
diu
pende
93.
pecca
ugat
oblig
94.
lari:
sabdi
nimi
vitam
quia
pecc
95.
lex e
Quia
tissim
rum
96.
tantu
Reli

de transundo ad strictiorem Religionem. Ira Suarius. Pos-
sunt benedicere paramenta Ecclesiarum, etiam externorum.
Possunt ne aliquis sub pena excommunicationis sibi reseruata
verare? Minime; quia (vt Sanchez affirmat) ex decreto Cle-
mentis VIII. omnis reseruatio illis est interdicta.

91. Num Prælati Regulares (queis eligendi cura) digniores
elgere ad gubernationis munera teneantur? Affirmat Turria-
nus teneri; quia Prælaturæ Regulares beneficia sunt Eccle-
siastica curam animarum habentia. Ego cum Fillincio, &
Reginaldo sufficere existimo, si dignum elegant digniori non
assumpto.

92. Possunt ne Prælati regulares à suis Prælaturis ad libitum
Superiorum etiam sine causa amoueri? Ita planè, si non sint ele-
cti; dummodo accusatio, aut inquisitio contra ipsos non
pendeat.

93. Prælati Regulares tenentur ne subditorum etiam venialia
peccata corripere? Tenentur cum communiter transgressio di- *committitur.*
vagatur, imò Regulæ transgressionem communem, licet non
obliget sub veniali, ne Religiosa disciplina collabatur.

94. Quoniammodo se se circa criminum Inquisitionem Regu-
laris Prælatus gerere debet? Poteſt, ac debet in peccata occulta
subditorum inquire, ut illa fraternè corrigat, modò absit
nimia, & a xia sollicitudo. Num liceat priuato Religioso in
vitam fratrum inquire, ut fraternè corriger possit? Minime;
quia vbi munera obligatio non exigit, non sunt querenda
peccata, ut corriganter,

95. Poteſt ne Monialis vidua eligi in Abbatissam? Maximè;
lex enim id prohibens, per contrarium usum est abrogata.
Quid illegitima? Etiam sine dispensatione poteſt in Abba-
tissam assumi: & quamvis requireretur dispensatio, ab ipsa-
rum Prælatis Monialium concedi posset.

C A P V T VII.

Praxis circa materiam de Statu Religioso ex Societatis I E S V Doctoribus.

§. 1.

96. **R**egularis Nouitio idoneo negat suffragium: delinquit *De statu*
ne eruitur? Suarius respondet affirmatiuè; quia non ri- *Regula-*
tantum illum ab ingressu Religionis retrahit, sed etiam à Suar.
Religione sine iusta causa expellit.

97. *Quoniam*